

14. *Ioacchim & ordinis Floren.*

PRÆLVDIVM.

DE R pauca, & exilia de venerab. Abbate Ioacchim; & eius Florensi ordine descripturos nos quamplurimi torlan (sine causa tamen) subsannare possēt; præsertim nomina præfa-

torum eoquod quorundam benefactorum præmiserimus, & id non videtur nimium rationi consentaneum; Nam sicut in naturalibus supposita passiones, & attiones eorum præcedunt, & res sicut se habent ad esse, ita & ad cognosci; Sic in historialibus, & ad propositum necesse est Ioacchim Abbatem, & eius ordinem eorum benefactoribus præfuisse, meritò subtequentia non præcedere debuerant, sicut modò videtur factum esse per histeron proteron. Insuper nomina præmissa in comparatione cæterorum benefactorum ordinis Florensis Paucissima sunt, & modica quasi nihil; ideo vel omnium nomina erant præmittenda, vel nulla, quia valde absurdum apparet ex tot benefactoribus quosdam in memoriam reuocasse, omissis alijs præenarratis fortè dignioribus clariori præconio.

Præterea